

dei magnalia attollebat. **T**ercio humiliter respectu sui quia fastigium episcopalis honoris humiliter recusavit et eo inuito assumptus fuit. **P**ropter primum est sciendum quod ad pastoralis eminentiam fuit ex causa triplici sublimatus. **P**rimo quidem ex eius affectione sincerissima. Nam in tanto perfectionis gradu ministrare illi qui est candor lucis eterne nulli congruit nisi mentibus puris et sinceris ac cuiuslibet impuritate macula defedatis. **I**uxta illud psalmi ambulans in via immaculata hic mihi ministra bar. **E**t ideo bene poterat dicere me autem propter innocentiam suscepisti. Quam quidem puritatem beatus nicolaus habuit quando in suo officio nihil aliud quam dei honorem et proximi salutem quaesivit. **S**ecundo ex eius dilectione ferventissima prelationis enim officium non est ex vanitate seu cupiditate appetendum sed potius ex caritate humiliter suscipiendum. **Q**ue quidem caritas debet esse tante fervoris ut per loco et tempe paratam sit animam suam ponere pro ipsis subditis. **I**n cuius signum secundum crisostomum dicitur a petro petrus si ipsum diligeret antequam pastoralis curam gregis daret sibi committeret. **H**anc autem fervidam caritatem beatus nicolaus habuit quando festinater ad iudicem currens tres pueros innocenter damnatos liberavit. **T**ercio ex eius ministracione utilissima quia suum ministerium fructuose et utiliter exercitatus fuit pastores subditos verbo doctrine et exemplo bone vite et subdicio temporalis substantie. **V**t patet in tritico nautis mutua to quod indigentium sustentationem augeri suis precibus impetrauit. **E**t quia talia virtutum et donorum sic utiliter in usum et fructum salutis subditi convertebat. **I**deo iuste a domino meruit audire illud. **M**atth. xxv. **E**uge servus bone et fidelis. **S**ignanter autem secundum crisostomum dicitur. **S**ervus bonus dicitur quod nihil eorum que ad bonitatem morum pertinent obmisit. **F**idelis vero dicitur quia nihil horum vel eorum que ad dominum pertinent sibi apprehendit. **I**deo autem secundum hieronimum dicitur super pauca fuisse fidelis quia licet dona que in presenti habemus videamus multa cum sunt pauca exigua in comparatione eternorum bonorum pro que nostrum desiderium perfecte faciat. **E**t ideo subditur. **S**upra multa constituta. **C**uius multitudinis copiositas est eterni gaudij immensitas. **V**t dicit Gregorius. **E**t ideo bene concludit. **I**nter in gaudium domini tui. **O**b hoc autem servus fidelis intrare in gaudium dominum sui iubeatur ut per hoc designat quod illius gaudij magnitudinem nullus potest comprehendere sed potius ipsum gaudium omnes

vires rationalis anime comprehendet et eas quodammodo invidibili suavitate perfundet. **Q**uod nobis concedat etc.

•viii•

**Sermo secundus**

**A**d infantiam crevit mecum miseratio. **J**ob xxxi. **V**erba ista licet literaliter intellecta dicantur de beato job ab innata pietate et miseratione commendato. **A**llegorice tam sumpta conveniunt sancto nicolao in sanctitate et perfectione consumato. **I**n quibus beatus nicolaus commendat quantum ad tria que sanctitate integritate et consumuntur quo ad omnes tres status sanctitatis. **P**rimo commendat de infanti in innocentia et puritate quantum ad statum incipientium in eo quod dicitur ab infantia. **S**ecundo commendat de virtuali crescentia et sanctitate quantum ad statum proficientium in eo quod addit. **C**revit mecum. **N**am proficientium est semper crescere. **T**ercio commendat de miseracionis influentia et liberalitate quantum ad statum perfectorum in eo quod subdit miseratio. **N**am perfectorum est precepta gratias in primis effluere. **Q**uam ad primum notandum quod bene per infantiam signatur status innocentium et incipientium. **R**egulariter enim volentes ad perfectionem sanctitatis pervenire oportet ab infantia vel puericia inchoare quia ut dicitur proverbialiter Curram se prebet quod ad vinculum crescere debet. **U**nde dicit Cyprianus. **D**e duodecim abusibus. **S**icut fructus non inveniuntur in arboribus in qua puer non apparuit flos. **S**ic nec in senectute hominem consequi poterit qui in adolescentia sua alicui discipline non laboravit. **P**olens vero beatus nicolaus in senectute honore de bico privari studuit in iuventute floridis virtutibus ornari. **T**alis enim etas informatio iuvenum maxime convenit. **C**uius rationem reddit philosophus inde memoria et remissio ubi dicitur et quod iuvenes sunt sicut mollis cera que facilius recipit impressionem. **S**enes autem sicut sunt partes congelate. **E**t ideo in iuventute in formationi iuvenum maxime insistendum est. **S**unt enim pueri ad modum speculi bene et polita quod si terrenis applicentur terrenus si celesti celeste representat simulacrum. **S**ic puer si bonis moribus imbuatur efficitur bonus si vero malicia male efficitur. **C**ui alludit dicitur seneca. **E**ducatio inquit iuvenum maximam diligentiam plurimum desiderat. **F**acile enim est adhuc teneros animos componere difficile vero vitia que nobis cum